



# Philiberti a Chalon illustris Aurengiorum principis rerum gestarum commentariolus

<https://hdl.handle.net/1874/388945>

PHILIBERTI A  
CHALON ILLVSTRIS AVREN-  
giorum principis rerum gesta-  
rum Commentariolus, Do-  
minico Melguitio  
autore.



ACCESSIT QVOQVE ILLV=  
striß. Petri Terralij Bayardi uita, una  
cum Panegyricis, Epitaphijs, &  
alijs.

Item.

Oratio clariss. D. Nicolai Perrenotii à Granuilla, Ca-  
roli V. Imperatoris semper Augusti locum tenentis,  
in VVormaciensi colloquio habita: &  
Christophori Pannonij ad eum  
dem Elegia.

# А Г Т Я З А Г А Н

и земля землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли

и землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли

и землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли  
и землемеръ въ земли

# GILBERTVS C<sup>O</sup>

GNATVS NOZERENVS CLARISS.  
& reuerendiss. Dominodño Guillelmo à Poupet, Cæsareæ maiestatis consiliario, et à libellis Bisuntino Archidiacono, abbatи monasteriorum de Baulnie & Goilles, Domino suo  
in præcipuis obseruando.

S. D.



V V M diu multum c<sup>ps</sup> occasionem aliquam aptam, ad tuam bene uolentiam comparandam audiſſime expeſtarem, magnifice & plurimū colende Domine, accidit mihi per oportunè ac bono quodam Genio, ut Dominicī Melguitij inter doctos medicos clarissimi, inter claros doctissimi, rerum ab illuſtrissimo Philiberto à Chalon quondā Aurengiorū principe gestarū, quēm ad maximum Renatum comitem Nasouienſem, eiusdem Philiberti hæredem, bona fide

a 2 con-

#### COMMENTARIOLVS

conscriptis commentariolum, oppidō  
quidem probandū, atq; antehac typis  
nunquam commissum, nanciserer: cū  
ius ego famam uel uolumen ad te non  
puto peruenisse. Delectaris enim, &  
quidem uehementer, literis, colloquijs  
literatis ac libris. Hunc autē nobis lu-  
bens exhibuit eximius ille Odotus Re-  
gulus, compater meus, eiusdem princi-  
pis in Italia quæstor est secretarius, vir  
plane quotidie studens id esse, quod au-  
dit; hoc est, regijs & candidissimis mo-  
ribus, qui libellus adeò placuit, ut di-  
scussis quantā fieri potuit mendarum  
tenebris, quas obduxerat is qui à vīlōye  
φω autoris descripsit, enixissimè cura-  
rim formulis chalcographicis excuden-  
dum, tuiq; nominis auspicio. Cui pro-  
pter singularem humanitatem omnes  
literati plurimum fauent, & ad optimi  
principis immortalitatem, in totius or-  
bis theatrum producendum, qui tam  
florenti ætate, tam breui temporis cur-  
riculo, tam parua militū manu, tot ho-  
stes, tot regiones Cæsari subiecit, atq;  
106

tot præclara gessit; qui denique clemen-  
tia, liberalitate, non minus quam armis,  
notus est atque illustris. Quæ quidem res  
suo conueniunt nomini siquidem Phi-  
libertus id nobis, quod Græcis φολύφη  
μω, sonat. Quo in commentario quæ-  
cunque scripta habentur, uerissima esse,  
uel est maxime putarim, quod omni-  
bus Philiberti rebus gestis interfuerit  
Melguitius. Oculi enim sunt unic*i* be-  
ne narrandi magistri. Adieci ad finem,  
ueluti auctarium eiusdem principis ui-  
tam. Item priuilegijs, ut uocant, exem-  
plum, à Cæsarea maiestate illi in regno  
Neapolitanu concessi, quod apud egre-  
gium virum D. Anatholum Cameli-  
num, tunc temporis quoque eidem prin-  
cipi à secretis, modo reperi. Videns igi-  
ter prestantiam tuam tantopere libris af-  
fectam, & in primis historijs studiosam  
atque amantissimam, tum te unum esse in-  
ter nostræ regionis magnates, quem  
princeps noster Philiberti hereditati, et  
ditioni, præesse uoluerit, quum ob mi-  
ssimum ingenium illud tuum, atque ta-

A ; le quod

C O M . R E R V M G E S T .

Ie quod agnoscas profectum ex Poupe  
tana familia, tum ob administrandarū  
rerum diuinam quandam dexteritate,  
hocce literato xeniolo & meam erga  
te obseruantiam affectionemq; declarā  
re, et tuam pariter (si modo possim) par  
te saltem ex aliqua in me beneuolen  
tiā prouocare quidem, mihi oppor  
tunum & opere precium fore arbitra  
tus sum. Nec enim præstantiæ tuæ  
ingratum futurum uereor, tametsi ex  
horto non prodierit nostro, quod per  
petuum meæ uoluntatis μνημοσυνοῦ, do  
nec maior facultas studij erga te de  
clarandi detur, εὐγνωμάνως suscipias, ite  
rum atq; iterum rogamus. Id enim si  
assequar, officiū meum bene positum  
esse existimabo. Feliciter uale præstan  
tissime domine, ac nostræ Burgundiæ  
lumen splendidissimum, meq; in  
ter tuos clientes habere per  
ge. Datum Nozereti, in  
nostra solitu  
dine.

Illus.

# ILLVSTRIS ▶ PHILI-

BERTI A CHALON AVREN-

giæ principis epita-  
phium.

**Q** Vis iacet hoc tumulo ? Princeps Aurengius, ortum  
Gallia cui tribuit terraq; Thuscanecem.

Septimus hunc Clemens, & quintus Carolus orbis  
Martigenam Italico præposuere ducem.

Cuius honor mundo, cœlis est spiritus, ossa  
Restituit patriæ, uisceraq; Italie.

At quid diuidius geminis requiescit in oris ?  
Terra capax tanti non erat una uiri.

Eiusdem Principis elogium.

Burgundus Gallus, princeps Aurengius, alta  
Cabilone potens, heu Philibertus eram.

Parthenopem rex prorex: uictoria quintus  
Carolus, & Clemens signa dedere mihi.

Clementi reddens florem, populosq; rebelles.  
Dum supero Thuscos, pro dolor occubui.

Lector, humanæ fragilitatis casum recon-  
lens, Vale.

DOMINICVS MELGVITIVS ME-  
dicus illustrissimo & excellentissimo Renato à  
Chalon, comiti in Nassau, Aurengieq;  
principi. S. P. D.

Melguitij  
liber de uul  
gi medico/  
rum errori  
bus.

**A**nte incomparabilem illam direc-  
tionem, luctuq; Romanū prin-  
ceps illustrissime, opusculum de erro-  
ribus uulgi medicorum inscriptū, non  
tamen ad umbilicum usq; deductum,  
Romæ composueram: cui postquam  
anīmus ex illis miserijs atq; periculis  
requieuit, castra sequens, quia ita sors  
tulerat, finem imposui. Cui quidem o-  
pusculo, Philiberti à Chalon in Neapo-  
litano ac Florentino exercitu gesta ue-  
luti auctarium, paucis horis, breuiter  
ac carptim à me descripta adiunxi. il-  
lud, quum primum urbanum agam o-  
cium, in lucem ædam. Hoc uero mira-  
beris forte, quum te uix de facie no-  
rim, cur tuo nomini nuncupauerim, mi-  
rari desiste. es enim (fcessit adulatio) o-  
mnium ore magnæ indolis iuuenis, uir-  
tute supra ætatem admirabili, quod stu-  
dia studiososq; rara quadam benignita-  
te am-

## R E R V M G E S T A R V M .

9

te amplectaris colasq;. Merito præterea eius, cuius laudes recensentur, opusculum, hoc munere tibi mittendum erat. Fuit enim tibi auunculus, tu illi legítimus succidis hæres: quem mirari, ac suspicere possis, non tibi externum, sed domi tuæ natum exemplum: peritia rei militaris nulli ferè ( ut interim uerbo absit inuidia ) huius nostræ tempestatis secundum: qui licet æqualem fortassis, ac parem, superiorē certe admiserit neminem. Quid multis? Fuit admirationi multorum potius, quam imitationi natus. Eius itaq; in Italia preclare gestorū, quam potui summa breuitate comprehensam historiam, & si non omnino fortassis ignotam, tamen ex eo, qui interfuit ( citra adulatioñē) aliquanto sanè apertio rem simplicioremc; audies.

A 5

PHILIBERTI A  
CHALON AVRENGIORVM PRIN  
cipis rerum gestarum Com  
mentariolus.

Roma dire  
pta.



Gallorum exercitus ercitum, numero ac viribus pollentem (nam tota fermè Italia cum Gallis arma consocians, ueluti ad extingendum commune incendium concurrebat) animo Neapolitanum regnum recipendi, uenire accepimus. Ad quod defen

Philiberti dendum Philibertus à Chalon Cæsar in Neapoli rei exercitus dux, omni cura est studio tanum re- incumbens, in idq; dirigen<sup>s</sup> omne con gnum trans filium, cum delectu paucorum, qui ex situs. proxima pestilētia in exercitu grassan Neapolis ci te superfuerant, properat. (nam hæc re uitas. gni Metropolis, cuius potiundæ sum mun

Ost illam igitur Romanæ urbis insignē direptionem, tumultus bellicos effugie<sup>s</sup>, quum me Neapolim recepissem statim ingentem Gallorū ex-

## COM. RERVM GEST.

mum hostibus studium erat) Nec mora, Gallus à tergo, certam sibi uictoriā multitudinem armatorum, ac tormentorum uī maxima pollicens imminet. Quem tantum abest, ut noster exercitus numero multò inferior subterfuge rit, ut ultro firmatis castris, conflictus ansam quæreret, tot tantisq; trophēis elatus, ut eorum multitudinem paruipenderet. Quum interim hostis tanto bellī apparatu instructus, non semel praelio subtraxerit. Ita dies circiter quinquaginta iter faciens, uti inter noūissimum hostium agmen & nostrum primum: aliquando non amplius biniis aut ternis millibus passuum interesset, Neapolim postremo peruenit. Vbi pri-

Ferdinans  
dus à Gonza  
zaga.

mum praelium Ferdinandus à Gonza ga equitum leuis armaturæ magister commisit, hostesq; captiuos primus per urbem traxit, breui postea tempore noster miles nauali terrestriq; hostium exercitu, maximarum gentium viribus accincto, ita fuit obsessus, ut ad omnium fermecrum inopiam fuerit

addu

## 12 COMMENTARIOLVS

adductus. Atq; ne nouæ copiæ aduehi possent, singulari belli industria, Galli præuiderant, adeo ut desperatam Phili bertum tuendi regni sumpsisse prouinciam, tota simul Europa resonaret, in eum oculos, in eum suspensa ora omnes conuerterent. Quum sæpe parua prælia fierent, utrinq; illatis, acceptisq; uulneribus, summis uiribus dimicatu, æquo marte aliquando: nonnunquam certamine infelicitè gesto fuit discessum: hisq; frequētibus cōgressionibus, nostri milites, ingēti pugnandi animo in libellum exarsere. Tandem Ferdinandus, cum magna equitum parte, ultra hostium castra, uti frumento & com meatu, qui ex uicinis supportabantur locis, illos intercluderet, transiuit. Itaq; qui prius obseSSI erant (mirum, & memoria in omne æuum dignissimum facinus) mutata repente belli fortuna, circundatos obsidione hostes, fame urge re. Aquam præterea, tam cognatū nobis & in omnem usum necessarium elemen tum, ne in castra deducerent prohibere:

RERVM GESTARVM.

bere; unde hostium uires agminatim  
cadere cœperunt. Id quod quum vide-  
rent nostri, magis negotium urgenter  
ac inter collem, quem tutari hostes cō-  
stituerant, quod esset expugnationi ur-  
bis accommodator, ac hostium castra,  
interpositi, parte parti abscissa, hostile  
exercitum diuisere: altera quæ collem Philibertie  
occupauerat, in deditio[n]em recepta (in agrotatio,  
clinante iam accessione febris, qua cor-  
reptus ante dux fuerat, morbus qui- Philibertie  
dem ipse augebatur) è cubili in aciem præclarum  
uelle descendere significauit, dissuaden apophtheg  
ti mihi, ac futura incommoda prædi- ma.  
centi: Malle cum suis ea pati, quām a-  
libi tutus euadere, respondit. Itaq; soli  
li, puer cum funali præeunte, de ter-  
tia uigilia equos concendimus, ac ubi  
peruentum ad hostes est, summa in eo/  
rum castra aggressus, reliquam partē  
trepidam, non signum certum, non du/  
cem sequentem, omni apparatu belli  
unā cum publica priuataq; pecunia re/  
lichto, multis saucijs, plurimis captis: à  
cædibus enim temperatum est, in fu-  
gam

## COMMENTARIOLVS

Gallorum gam compulit, intraq; auersè muros  
fuga & ce= redegit, excidium urbi, ni deditio fiat,  
des. minatus. Paclti salutem, inermes sub-  
missis uexillis sese dedunt, uixq; qui-  
bus corporis obsoena contegi possent  
retineri sibi poscunt, quibus in potesta-  
tem redactis, à contumelij captorum,  
Philiberti conuitijsq; suos dux prohibuit. Confe-  
clementia. ctoq; negotio, Neapolim uictor regres-  
sus, non triumphans inuehitur, non si-  
gna militaria fere ducenta, quæ rece-  
perat, non hostium imperatorem, non  
Gallorum Cantabrię regis fratrem, non Rango-  
duces capti neum Guidonem, non Petrum Naua-  
reū, excelli animi ac cōsilijs, antea exer-  
Philiberti cītuū imperatores; nō deniq; reliquos  
religio. nobiles, quos captiuos habebat, currū  
preire iussit, sed deo optimo maximo,  
quod difficillimi belli tā gloriosem ui-  
ctoriā reddidisset, Campanis, Picentī-  
nis, Brutis, Lucanis, Grēcię magnę, a'  
In Aquilo- pulis, Sānitibus, Ferētinis, Pelignis, to-  
nos expedi ti deniq; Neapolitanę ditioni, oppida-  
tio. tim supplicationes imperauit. Hinc in  
Aquilanos qui cōtra Cæsarē arma tu-  
lerat

Terat bellū transfert. Aquilani, quū pri-  
mum Philibertū magna manu, ad de-  
cimum usq; lapidem peruenisse intelli-  
gunt, dimissis consulto ex ciuitate mili-  
tibus mercenarijs, ad pedes ducis pro-  
iectis suppliciter̄ locuti, flentis pacē  
petunt, pecuniaq; pro impensis in bel-  
lum factis se redimunt. Nō multo post  
Matricarij auxilio quorundam, qui a/ Matricarij  
liena bella mercedē agunt, cōtra Cæsa  
reū exercitū nouo delectu, bellum in-  
staurant, à Philiberto tamen admotis  
intra teli iactum tormentis, quib; me-  
nia solo æquari solent, mercenarij ho-  
stis, Milites militiæ sacramento Cæsa-  
reanis copijs ascribi postulant, utrīsq;  
de armis & uexillis seruatis, exitum  
inde exornant. Quo impetrato, ui-  
disses nostram aciem magno impetu  
in muros erumpere, ruentium tecto-  
rum fragorem. Mulieres relictis domi-  
bus per urbem discurrere pauidas, om-  
nium squaloribus habitu ad misericor-  
diam commouendam deformes, sordi-  
da ueste capillo prolixo errantes, pue-  
rilem.

tilem muliebri mixtum ploratum, ex diuersis clamoribus sono passis manibus misericordiam suppliciter conclamantes, passim è manibus præcipites sese fugæ mandantes: alios incertam fitigam arripere, male in illum diē seruatos senes affirmare: ante suum quisque uictorem uinctus agi, retinere infantem suum infelix mater conari; universum deniqz malorum agmen, quod ex bello nasci solet, uideri poterat, quibus Dux permotus, ut in miseras ac supplices misericordia uteretur, ne pati, quæ uictoribus collibuiissent, cogerentur, intra ædem sacram concludiuissent. Ciuium parte cæsa, parte capta, bona publicata fuere. Tandem ea prouincia ab hostibus liberata, Neapolim se durissimo anni tempore reuertens ad uallem, quæ in Sulmonensi agro planicie magna millibus passuum quinqz in longum patet excelsis undique montibus contenta, uenit. Hæc multa niue, decem in altitudine pendum, iter impedire, patefacta summo labo.

RERVM GESTARVM.

labore uia nobis transeuntibus frigida-  
dissimus uentus, hac illac niuem agita-  
tam obiecit, semitamq; prius patefa-  
ctam sic occuluit, ut nemini proximū  
uidere liceret: anhelitum ab extimis  
ad intima pulmonis, uersus spirandi spasmus.  
officinam repellere. Homines ob-  
mutescere, linguaquē mentis nūcīa  
sibila elidere. alij niuem mole op-  
pressi, alij immanitate frigoris em-  
prosthotono, opisthotono, tetanō ue-  
correpti, multi pedum robore ex-  
tingo, quadrupedum more nitī, non-  
nulli egrē proreptare. Sedata aliquan-  
tis per tempestate, montis culmen, quō  
inter primos Dux euaserat, ascendi, o-  
pe agrestium seu montanorum, ple-  
tosq; seruari posse significans. At quo principis  
niam aliò interīm abierant, Philiber-  
tus ipse uel solus tertia noctis hora, la-  
boris patientissimus, non paucos ex ni-  
uem mole euellit. Temporis spa-  
cio haud ita longo interiecto, magna  
Hetruriæ pars à Clemente vii. Pon-  
tifice Maximo defecerat. Hic à Cæ-

B sare

## COMMENTARIOLVS

sare opem postulat, qui Philiberto, ut  
Clementis apostolici ordinis principis  
hostes expugnaret, summam belli, ut  
**Hispellum** prius, commisit. Itaq; magnis itineri-  
oppidum. bus Spelg, nouum & horrens uoca-  
bulum, Hispellum, priscum prope  
Fulginates oppidum ( ad quod con-  
fugisse, latronibus & perditis homini-  
bus pro asylo erat ) peruenit, ubi ma-  
gno belli apparatu hostis se munierat.  
Quum tamen nostri singulorum oc-  
culto exitu subinde obseruato, turrim  
proximam muris, tormentis bellicis e-  
uertere coepissent, primos ictus firmi-  
tas materiae sustinuit; paulo post turris  
repentina ruina commoti, ad deductio-  
nis conditiones recurrunt. quibus ac-  
ceptis, non moram Philibertus agen-  
dis rebus facit, sed mox Perusiam uer-  
**Perusiæ** opsus, quæ ciuitas maximam habet vir-  
pugnatio tutis opinionē in Italia, proficiscitur, ce-  
& expug= leriusq; opinione omnium confecit i-  
natio. ter, multos in agris deprehendit inopi-  
nantes, qui liberis pontem rescindere  
conantur; nostri resistunt, equestris præ-  
lio

## RERVM GESTARVM.

Volui ad mœnia facto, perspectoq; ubi  
sit, oppugnationi instant. Quia re  
intelecta, Perusini, ne ultima experis  
tentur, tum suam, tum militum salutem,  
saluis armis uexillisq; poscunt, se pa  
ratos, quæ imperauerit, facere promit  
tunt. Longè hic obsequentiorem po  
pulum, olim indomitum, ducis præ  
stantia reddidit, quam Cæsar Augu  
stus, qui sola fame ad deditiōnem com  
pulerit, quem triduo Philibertus ad se  
conuertit. Obsidibus igitur datis, Cor  
tonam egregie natura munitam, exer  
citum ducit, uarijs instructam moli  
bus, mœnibus æque ac armis confi  
dentem. Quam, quod omnium rerum  
quæ ad bellum usui erant, summa no  
stris difficultas esset, inexpugnabilem  
pleriq; iudicabant. Instructo tamen ex  
ercitu, magis ut loci natura & tempo  
ris necessitas, quam ut rei militaris ra  
tio postulabat, muris cœusslis, factisq;  
cuniculis, ac subterraneis dolis, nō sine un  
deditio nostrorum ad centum usq; clade, oppt  
dani pacti salutem, exuti se dedunt.

B 2 quam

## COMMENTARIOLVS

quam rem grauiter nostri milites tulerunt. permoti enim uehementi labore, & sui contemptione, omnes, uel impuberis, se interfecturos deierauerant: quamuis egre, retenti tamen sunt. Ad subitam hanc Cortonensium deditio- nem perculsi, qui Aretium seruare de- creuerant, belli formidine circumstre- pente, animo fracto, arce tantum occu- pata, fugam capessunt. Aretini, impe- Arretino= rata facere, oppidis recipere, uiicto- rum fuga et remq; frumento ac cæteris rebus iu- deditio, uare pollicentur. Magnam itaq; par- tem ditionis Florentinorum dux Phi- libertus occupauerat. Proxima enim quæq; uictoria sequentis instrumen- tum erat, magnam præterea trepidatio Florentiae nem, exercitum ad urbem Florentiam ob- sidio. admouens, intulerat multis: quorum nonnulli, finibus suis excessere, suaq; omnia exportauere: alij in doljs defos Florentino= sa, terra recondunt. Vrbem alij, merce- ri munitio. nriorū militū decem circiter millibus & oppidanorū maxima frequentia tor- mentisq; atq; ijs creberrimis muniūt.

Ma

R E R V M G E S T A R V M .

Magnam urbis partem aminis, qui assi-  
duis imbribus solito magis inunda-  
tur, interluit: quæ sati arduo colle ac  
precelfo muro cingitur. Cognito ergo  
in se Philiberti aduentu, ad subditos li-  
teras nunciosq; Florentini mittunt: ne  
nostris frumento, neue re alia opē ferāt,  
cauent, uillas, uicosq; quosdam exu- Legati ad  
runt, uelle, si fiat legatis potestas, Philibertū.  
bertum conuenire, indicant: facta po-  
testate, ne proprius castra mouerit, plu-  
raq; id genus petunt. Quæ quum non  
imperatassent, alios mittunt, remittuntq;. Interea temporis nō deerant, qui tam  
munitam urbem, nec ui, nec operibus  
expugnabilem iudicarent. Huius iudi-  
cio Dux nequaquam subscribens, bis  
mille passuum ab urbe castra locat, Florentia  
cumq; equitibus ad portas usq; est pro obsidio.  
gressus, ac unde proxime poterat moe-  
nia situmq; obequitans contemplatur.  
Ibi cædes tumultu tamen quam re ma-  
ior est facta. Triduo post, à mille fermè  
passibus hosti aciem ostendens, pugnæ  
potestatem facit. Quo certamen recu-

B , fante

## COMMENTARIOLVS

Sante, in colle communis. Vnde ad ar-  
ma saepe est cōclamatum, crebrisq; ex-  
cursionibus dimicatum cōminus emi-  
nusq;. Multi ex hostibus ad Philiber-  
tum transfugiunt, quos benigne allo-  
cutus, in ciuitates quenq; suas, ad solici-  
tandum popularium animos dimisit.  
ignobilia uero oppida, uoluntate in de-  
ditionem concessere. A quorum dedi-  
tione, omnium quae extra mœnia fuc-  
re, tum pecudum tum armentorum  
præda coacta, affluens erat nobis rerū  
copia. Cæterum hostis hyemem sub te-  
ctis, egregijs muris tutus; at noster mil-  
les hybernaculis iniuriæ cœli exposi-  
tis, agebat. Consilium enim ducis fuit,  
hyemando bellum continuare in ope-  
re ac labore, niuibus pruniscq; obrutū  
sub pellibus durare, itaq; Florēting ob-  
sidionī instare. Hinc Bononiam ut Ce-  
sarem conueniret, deq; agendis rebus  
consuleret, proficisciatur. Huc accedit,  
omnia antehac ita celeriter gesta esse,  
ut Philibertus ad Cæsarem festinasse  
uideatur; quem allocutus, ad castra re-

gre/

R E R V M : G E S T A R V M .

grediens, Nepotianum villam, satis na-  
tura & manu munitā, oppugnare cu-  
piens, primum colloquīs rem tentat: tur.  
posre aquā uero obstinatos uidit, duo  
bus simul locis oppugnare est adortus.  
Operibus igit̄ scalisq̄ capitur murus.  
tumultu uero audito, territi hostes in  
arcem cōfugiunt, statimq̄ in nostrorū  
deditio nem uenere: inde ad castra per-  
uenit, et Lastram castellum multo mili-  
te & manu munitum, nec modice pa-  
bulatoribus nostris infestum, partem  
militum mittit, machinas tormentaq̄  
comportari, non iubet. Sed ipse una cū  
fodientibus (qui perpauci pro more  
nostrī exercitus erant) adlaborans, ui-  
am aperit: non enim labori, nec pericu-  
lo parcit. At miles promptior, quam ut  
diutius expectare posset, castellum ex-  
pugnare incipit. Castellum uincētiū  
impetum primò ita sustinebat, ut faci-  
le appareret, plus in armis & uirtute,  
quam mōenibus, auxiliij esse. tandem o-  
mnes cecidere. Quo castello direpto,  
milites pauci custodiæ causa locum cō-

## COMMENTARIOLVS

minuere. Ad paucos hinc dies, hostis  
ut pabulatores tutaretur, cum magna  
manu, per eam regionem qua flumen  
urbem perluere incipit, egreditur.  
Quod quum Philibertus ipse explora-  
toris officio fungēs, uideret, refecto mi-  
lite cibo, cum parte copiarum mox ac-  
currīt. Templumq; præteriens, deus-  
precatur, ut illud agmen felix faustū  
**Philiberti** mittat, necq; incassum missę preces. Pri-  
religio. mus inde omnium Arni uadum trai-  
cit. Idq; hostis uidens, instructis ordini-  
bus in aciē processit. aliquandiu utrīn-  
que substiterunt, inde à duce clamor in-  
cipitu, riniuadendiq; signo dato, equo  
inuestus, infestaq; hasta prouolat, to-  
tumq; agmen secum mouet. Quumq;  
ad hostes peruenit, primā in acie fron-  
tem (quae veteranos spectatae uirtutis  
inceps milites hastatos habebat) hasta iam  
neratus, percussus, dissipat. Nihilo segnius in  
cornu altero Ferdinandus Gonzagæ  
Ariani dux pugnā: sciebat quoq; ma-  
gis noster infestabat, breuiori spacio  
hostis orbē colligere conabatur. Itaq;

RERVM GESTARVM.

uix tantæ cladis superfuit nūcius. Quare per eandem urbis portam rursus exire minime tentant, sed per aduersam agminatim exeunt; quod Ferdinandus animaduertens, partem militum flumen transfire, deditaç opera ad illecebras propuisis pecoribus, fugam simulare iubet. Ipse ex insidiarum loco exortens, transuersam hostium aciem inuidit: quos prius quam fores portarum obijcerent, irrupit. neç unquam minor locus fugæ fuit, ubi præcipuā gloriam equites sibi uendicarunt. Cæterū Impolim oppidum, quoad fieri potest *Impolim de munitissimum*, machinas bellicas, mediamç ferè partem exercitus dux mittit. Quumç moenia euertere noster incepit, hostis ad deditioñis formulas cōuersus est. Vnde Florentinorū iam uires infringi uidebantur, quas Volaterani & Pisani ut reficerent, Cauinianū propè Pistorium oppidum instructa acie ueniunt. Quò Philibertus, cum maiori parte militum, Ferdinando pro imperatore relicto, obuiam progreditur.

B , Primusç

## COMMENTARIOLVS

Primusq; omnium bellum accerrime  
Philiberti ciens , mortifero uulnere ictus cadit.  
mors. Quo casu miles noster minime animū  
uiresq; amittit: sed hostes post magnā  
cædem persequens, in fugam conuer-  
tit, montesq; effuso cursu petere cogit.  
Gloriosa uictoria parta, uno tamē tam  
claro funere tristis. Et quia iam longa  
obsidione Florētini ultima experiri in-  
ceperant, Ferdinando deditioñis con-  
ditiones offerunt. Quibus acceptis, to-  
ta Hetruria , quæ à Clemente VII.  
Ferdinan= Pontifice Maximo defecerat , Ferdi-  
dus Gon= nando in Philiberti locum subrogato,  
zaga. restituitur. Deditis itaq; aduersarijs, ex-  
peditioneq; finita, unus prudentissimo  
rum hominum ingenia diu multumq;  
contorserat scrupulus, quónam modo  
in tam uaria, tantaq; militū turba, Flo-  
rentia à publica defenderetur direptio-  
ne, quam ad auertendam haud minus,  
quam pro sua ipsius salute, sollicitus e-  
rat Ferdinandus: ueritus , ne nocturni  
temporis licentia urbs diriperetur.  
Quum hæc animo circum agitantur,

non

RERVM GESTARVM.

non defuit semissis quidam homo, qui alterum iniuria lacepsius. uterq; suos clamat, auxilium & opem postulans, tumultus passim per totum exercitum peruidit, Italia Italia, Hispania Hispania, ingenti clamore totus aer resonat. Multis agminibus per omnes vias promiscue ad stationes curritur, neque sine magno periculo est, si quis forte Hispanorum in italica aut Italus intra hispanensem inciderit turbam. Tandem Hispanus, Italus & Germanus intra telis iactu tria instituit agmina. Germanus seditione lenire curat; neuter tamen pugna inter tumultuariis ab incepto desistit. Ita ter milites Ius et Hispanus mutuo sese telis petunt. Cesarianos Iam ad gladios, iam ad manus, ubi Mars est atrocissimus, uenerat pugna; nec di remptu certam tam atrox fuisset, nisi Ferdinandus medius telis fermetatus, minis hos, precib, alios attrahens, prudenter, seditione, cōpressisset. Breui postea exercitu Arretiu uersus ducit, Italique, & Germanique militē domū quēq; suā repetrere iubet; Hispanū, cōpos detinere,

ac

## COMMENTARIOLVS

ac sub diō fermē ad dimidiatum men-  
sem pernoctare, magna cum militū in-  
dignatione, cogit. Solent enim post ui-  
ctoriam, intra urbes veterum colono-  
rum bonis recreari, reficiq;. quod quā  
illis non permitteretur, facta est in ca-  
stris seditio, plebsq; militum armata  
Arretium expugnare constituit. Sæue  
ritate tamē Ferdinandi reuocata, iussa  
fecit. Hinc ad Senensium ditionem, ex  
ercitum (ut ciuibus, qui per urbem er-  
rabant, patriam, patrięq; ciues restitue-  
ret) transfert: Licinianoq; primū eo-  
rum oppido, quod recipere nostros re-  
cusauerat, tormēta admouet. Hec quā  
ob materiæ firmitatem mœnia euerte-  
re nequirent, oppidanis saxaq; maxi-  
me poterant conscientibus, scalis mi-  
les ascendit. Dumq; de reconciliandis  
ciuibus agitur, per uicos & uillas mi-  
lites in hospitia diuisit. Legatis hinc in-  
de missis, remissisq;, de negotio non  
dum ad finem perducto. Ferdinandus  
uxorem ducturus Neapolim profici-  
cit, exercituq; Petrus ex illustri Hi-  
spano

RERVM GESTARVM.

Spanorū familia De lacuena, Cæsareus  
Oeconomus, Consiliarius, ad Pontifi-  
cemq; orator p̄ficitur qui sapientissi-  
me Senensium lites componit; quibus  
pacatis, Cæsareanus exercitus in Gal-  
liam togatam deducitur.

P H I L I B E R T I A

CHALON, AVRENGIAE PRINCI-  
pis, Cæsarei exercitus ducis,  
regniq; Neapolitani ui-  
ce regis uita.



Hilibertus à Chalon  
Aurengie princeps,  
sanguine regius, cor-  
poris dotibus admí-  
randus, laboris ultra  
fidem patiens; simul-  
tates oblata occasio-  
ne libenter deponens, integritate, so-  
lertia, optimisq; consilijs ornatissimus,  
Gallorum impetum aliquantis per, no-  
tamen penitus exuerat; quare an cauti-  
or, audacior ueritatem in dubium.

Hic

## COMMENTARIOLVS

Hic iuxta Pyrenæum , arcem in ex  
Philiberti pugnabilem (frons Rabiae, uel Iberiae  
prima expe nunc appellatur ) Gallis repugnantio  
ditio. bus, peditum praefectus expugnauit.

Paulo intericto tempore, quum nauis  
cula trajecteret, à Gallis fuit captus . in  
ditionēq; inde reductus pedes, cum tri  
bus alumnis, ne à Venetis , qui hostes  
Philibertus erant, caperetur, è Germania, muta-  
captus. to habitu, in Italiam uenit. Equitum le-  
uis armaturæ Magister, interfecto Cæ-  
farei exercitus duce, Romanos uicit.  
Neapolim ab exercitu maximarū gen-  
tiū viribus accincto, classica terrestricq;  
obsidione, ad foedarū carniū esum pres-  
sus, supremus dux regniq; prorex,  
hostes obsedit, eosq; ad turpes deditio-  
nes coegerit. Aquilanos, Matricarios, q;  
contra Cæsarem arma tulerant, in po-  
testatem redigit. Hispellum præterea,  
Gentium à Perusiā, Cortonem, Arretium, Nepo-  
Philiberto tianū, Lastram, Impolim, quæ cum to-  
deuictarum ta Hetruria à Clemēte VII. Pont. Max.  
subactarūq; defecerant, perdomuit. Reliquæ ciuita-  
catalogus. tes, Volaterra Pisicq; exceptis, terrore  
ad

## RERVM GESTARVM.

ad iugum fuere cōpulsæ. Quumq[ue] iam Florentini obfessi ultima experiri inciperent, aduersus eos qui opem afferre proposuerant, primus bellum acerri-  
me ciēns, agens An. x x x, uictor, duo Philiberti  
bus uulneribus saucius, repente apud mors.  
**Cauinianum** oppidum cadit, talem ue-  
ro mortem, tam celerem, lentæ præ-  
ferendam semper iudicauit. Cadit, in/  
quam, summo tum Cæsaris, tum Pon-  
tificis mœrore. Alumni desolatissi-  
mi, temporarium tumulum uber-  
rimis lachrymis, publico lu-  
ctu constituebant, illi.

Augusti. M. D.

XXX.

*Labor et gloria uita fuit, Mors  
requies.*

DOMINICVS MELGVITIVS

candido lectori. s. p.

**N**on ita me deus amet, opusculum  
hoc ambitu popularis aure accin-  
ctus, suauiss. lector, in lucē edidi, sed  
ut Philiberti uiri fortissimi, & nunquā  
satis laudati, egregia gesta sempiternae  
memoriæ commendarem: ac si quis in  
feris sensus esset, me seruasse promissa  
indicarem. Quam editionem mater,  
princeps clarissima, gloriæ splendoris-  
q[ue] filij auida, literis uehementissimo  
affectu efflagitauit. Cuius sentētię sub-  
scribens, fateor mihi non eum scriben-  
di stilum esse, qui tantæ historiæ sit a-  
ptus, utpote in barbara medicorum le-  
ctione creberrime (idc[ontra] in castris potis-  
sime) uersanti, ubi præterquam quod  
ægrotantes curandi studio continen-  
ter occupatus inuisere necesse habui,  
cætera quoq[ue] literarū præsidia defue-  
runt: otium in primis, ac copia librorū,  
& excussa animo tranquillitas in me-  
dio bellī tumultu, ac periculorum sub-  
inde impendentium cura. Quod si cui-  
piam

## RERVM GESTARVM.

piam non satisfecisse uidebor, sciat ille  
me non stili gloriam, uerum animi gra-  
ti laudem hoc genere scribendi quæsi-  
uisse. Vale, ex castris Cæsarijs.

M. Antonius Romanus vir nobili-<sup>fa</sup>  
simus, bellicæ rei exercitatissimus, nu-  
per ante Mediolanū cecidit. Illius u-  
xor, mulier nobilissima, audita mor-  
te mariti, seipsam necare constituit.

Eam hoc carmine, ne seipsam  
interficiat, persuadet.

## CASA NOVA.

Viuere non uoluit post Brutum Porcia: at uxor

Marce tua in planctu uiuit, & in lachrymis.

Illa semel passa est, ne plus pateretur: at ista

Tam cito non uoluit non meminisse tui.

Dicere iure potest inter tot uiua dolores,

Marce minus, quam sic uiuere uelle mori est.

Idem, in eundem M. Antonium.

Hermes, dum loqueris: dum rides Marce, cupido es.

Mars es, ubi arma capis: treisq; refers superos.

Mars, Amor, Hermes: prosternis, succendis, inundas:

Hostem, Erycinam, aures: ui, facie, eloquio,

P R I V I L E G I P V T  
VOCANT, EXEMPLVM, Q VOD  
Cæsar Philiberto Aurengiorum  
Principi in regno Neapolitano  
concessit.



Arolus diuina fauēte clementia, Romanorū imperator Augustus, Rex Germaniæ, &c. Ioanna eius mater, & idem Carolus dei gratia reges Castellæ, Aragonum, legionū utriusq; Siciliæ, Hierusalim, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentia, Galliciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algezoræ, Gibraltaris, insularū Cauariæ, insularumq; Indianum, & terræ firmæ maris Oceanii, Archiduces Austriæ, Dukes Burgundiae & Brabantiæ, comites Barchinone, Flandriæ & Tyrolis, &c. Domini Biscaiyæ & Molinæ, Dukes Athenarum & Neo-

E X E M P L V . M .

& Neopatriæ, comites Rossilionis &c,  
Ceritaniae, Marchiones Oristianni &  
Gotiani, universis & singulis presentiū  
seriē inspecturis, tā præsentibusquam  
futuris. Cum regna omnia atq; im-  
peria his maxime attibus retineantur,  
quibus ab initio parta sunt, nulloq; ex-  
pressius officio maiores nostros Rōma-  
nos príncipes ad summam rerum per-  
uenisse audiamus, quam uiros de rep-  
bene meritos meritis præmijs cohone-  
stanto illustrandoq;, dum nos præcla-  
ra clarissimorum uirorum exempla  
pro uirili sequi optamus, nullum nec  
minimum quidem officium sine condi-  
gno meritoq; præmio præterire per-  
mittemus. quo sit, ut repetetibus nobis  
atq; in animo nostro euoluentibus, in-  
gentia præclaraque merita illustris Phi-  
liberti à Chalon Aurengiae príncipis,  
equestris ordinis nostri uelleris aurei  
militis, uice regis, locum tenentis, &  
capitanei nostri generalis in dicto no-  
stro citerioris Siciliæ regno, nobiscum  
ab ipso principatus nostri initio educa-

P R I V I L E G I I

ti: quippe, qui in Gallia Belgica pri-  
mum, dum Tornacū Neruiorum ur-  
bem à Gallis occupatam in fidem no-  
stram recepimus, non vulgaris suæ in  
nos fidei, eiusq; & corporis fortitudi-  
nis & animi uirtutis documenta præ-  
stare coepit, ita ut cum statutum nobis  
esset exercitum nostrum ex Hispania  
in Galliam traducere, cum principem  
ætate iuuenem, uirtute senem, uniuer-  
so Hispano peditatuī præfecerimus.  
eoq; bello confecto, in quo Fontem ra-  
bídum insigne naturaq; ac loco muni-  
tissimum Cantabriæ oppidum à Gallo-  
rum manibus recuperauimus, ocij im-  
patiens, & ad maiora destinatus ani-  
mus, relicta Hispania in Italiam, ubi  
maiora belli pericula imminebant, pro-  
perauit, in qua post uarios casus, ua-  
riosq; bellie euentus à duce Borbonio,  
exercitus nostri principe, magister e-  
quitum dictus, urbem Romanam Bor-  
bonij auspicijs, sed Aurēgij uirtute ex-  
pugnatam, mirabili ingenio & arte ser-  
uauit, Interfecto namq; Borbonio, to-  
gæ mi-

E X E M P L V M.

gæ militiæq; clarissimo viro, cum milites omnes ad Aurengiū príncipē, animi & ingenij longe quam pro ætate maioris, summam imperij detulissent, ea ipse uirtute, comitate, bonisq; artibus, eo imperio usus est, ut Romanī nostrasq; nos legionis seruatas, & in primis principi debeamus. Aduentantibus deinde Gallis cum instructissimis copijs, regnum nostrum Neapolitanum occupaturis, copias ipse nostras non minore arte quam difficultate eduxit, hisq; obuiam hostibus factus, uidēs se non posse nisi iniquo marte certare, ut ostenderet non audaciā modō ( ubi ea opus est ) sed prudentiam quoq; iuuenili in corpore adesse, ratus id quod res erat, se cunctando melius quam temere pugnando rem Neapolitanam seruaturū, legiones Neapolim duxit, seq; in ea ab hostibus obsedi non nisi singulari arte passus est. Nam cum hostes ante urbem castra locassent, ipseq; urbem magna rerum propè omnium & præsertim pecuniæ, qua militibus

## PRIVILEGI

stipendia persoluerentur, penuria labo-  
rantem ægre contineret, leuisibus pri-  
mum prelijs adeò hostium uires fregit,  
ut superueniente peste, quæ multos eo  
rū absumpsit, Galli uallo se cingi, nec  
de oppugnanda urbe, sed de sua quisq;  
salute cogitare coacti sint. Atq; Auren-  
gius princeps, quam sperabat occasio-  
nem nactus, post quatuor mensium la-  
boriosam obsidionem eger corpore, a-  
nimō autem firmo intrepidoq; legio-  
nes eduxit, Gallos castris exutos fun-  
dit fugatq; & Gallicis tandem machi-  
nis bellicis in oppido auerse, quò agmi-  
ne primum facto, deinde palantes con-  
fugerant, ad deditiōnem coēgit. Tan-  
taq; parta uictoria, non minus laboris  
in sedando militum clamores et seditiō-  
nes, hisq; stipendia persoluendo, quam  
in hostibus profligādis passus est. Quī  
bus prospere gestis, cum Clemens V II.  
Philiberti Pont. Maximus opem nostram aduer-  
in Hetrui sus Florētinos imploraret, auidus glo-  
riam profēriæ animus exercitum in Hetruriā du-  
ctio. cit; multisq; ciuitatibus & oppidis rece-  
ptis,

E X E M P L U M

ptis, ante Florentiam urbem castra-  
metatus est. A qua obsidione non im-  
bres, non caritas annonæ, non pecunia  
rum penuria, nō mille deniq; incōmo-  
ditates diuellere haec tenus potuerunt.  
In quibus omnibus bellis quam se pru-  
dentem, rerum exitus, quam fortē atq;  
audacem, accepta non parua nec pau-  
ca uulnera satī superq; cōprobant. his  
itaq; & quū multis alijs huius princi-  
pis in nos meritis extatibus, nisi eū sū  
mis honorib. atq; premijs donaremus,  
cohonestaremusq; à summi pfecto prin-  
cipis atq; Cæsaris officio descēdere no-  
bis uideremur. Tenētes igit et possidē-  
tes in regno Neapolis infra scriptas ci-  
uitates, terras, castra, et loca; uidelicet ci-  
uitates Melfie et Ascoli; terras, Fiorē Ciuitates &  
ze, Laylij, Pesilis, Caudele, Atelle, Ra Cæsare Phì  
polle, Ripecādide, Labriole, & Sancti liberto  
Feli, de principatu Melphie, ac ciuita- donata.  
tes Grauinę et Mathere, ciuitatesq; ter-  
ras, castra et loca Cāpanę, Terlicij, san-  
ctę Agathę, Mōtisuiridis, Canocę, Bay  
lij, & castri Garignonij de ducatu Graui-

## PRIVILEGI

ne ciuitatem Venafræ, cum eius perti-  
nentijs; nec non & domos quæ fuerūt  
Ioannis Caracioli, olim principis Mel-  
phie, sitas Neapolij in platea Capuanæ:  
ac domos quæ fuerunt Ferdinandi Vr-  
sini olim ducis Grauinæ, sitas in platea  
montis Oliueti, iuxta earū fines, cum  
iuribus & pertinentijs suis, & earū cur-  
iuslibet integro statu. Quæ omnia no-  
ster fiscus prætendit esse nobis, & nos  
stræ curiæ deuoluta, per prætensam re-  
bellionem contra nos & statum no-  
strum commissam, per dictum Ioannē  
Caraciolū olim principem Melphie,  
Ferdinandum Vrsinū olim ducē Gra-  
uinæ, ac Henricum Pandenū olim du-  
cem Boyani, & comitem Venafræ. In  
aliqualem igitur remunerationem, sa-  
tisfactionem et recompensam tantorū  
grandium & perpetuorum in omni  
ævo indelebiliter memorandorum ser-  
uitiorum, eidem illustri Philiberto à  
Chalon, pro se, suis hæredibus & suc-  
cessoribus, utriusq; sexus natis, nascitu-  
ris, ex eius corpore legitime descenden-  
tibus,

E X E M P L V M.

tibus, in perpetuum remuneratore no-  
stræ donationis titulo irreuocabiliter  
ex certa nostra scientia & proprio mo-  
tu, & cum deliberatione assistentis no-  
stri consiliij, ac ex plenitudine nostræ do-  
minicæ potestatis, donamus, concedi-  
mus, & elargimur, ac tradimus, & assis-  
tamus iam dictas ciuitates, terras, ca-  
stra, & loca Melphiæ, Ascoli, Fioreze,  
Laglij, Pesilis, Candelæ, Atellæ, Ra-  
pollæ, Ripecandidæ, Labriolæ, & San-  
cti Feli, de principatu Melphiæ, cū titu-  
lo & honore principatus; ciuitatesq;  
terras, castra, casalia, & loca Grauinæ,  
Matheræ, Campanæ, Terlicij, sanctæ  
Agathæ, Montis uiridis, Canosæ, Bay-  
lij, & castri Garignoni de ducatu Gra-  
uinæ, cum titulo & honore ducatus, ci-  
uitatemq; Venafre, & eius pertinentia  
rum cum titulo & honore comitatus;  
nec non & dictas domos præfatarum  
olim, principis Melphitaní, & olim du-  
cis Grauinæ, Neapolí sitas, ut suprà, ac  
cum casalibus, castris, fortalicijs, homi-  
nibus, uasallis, cuiuscunq; legis, sectæ,

C 5 status,

E X E M P L V M.

status, nationis & conditionis, uassallo  
rumq[ue] redditus, feudis, caternatis &  
non caternatis, feudatarijs, subfeuda-  
tarijs, collectis utili domino,  
debitis, redditibus, reu-  
dentibus censi-  
bus, &c.

F I N I S.

COMPEN-

# COMPENDIOSA IL

L V S T R I S S I M I B A Y A R D I V I T A ,  
unā cum panegyricis, epitaphijs, ac  
nonnullis alijs.

C L A R I S S . D . S Y M P H O R I A =  
ño Campegio, peritiss, clinico, eidemq;  
Physicorum facile principi Nicolaus à Quer-  
ceto Parisianus, idemq; Patorius  
Mediolanensis,

S. D.



Vtant pleriq; omnes, Pe-  
tro Terralio, cognomento  
Bayardo, illustri quondam  
imperatore gentis Allobro-  
gum, uix meliorem virum  
fuisse quempiam, nec clario-  
rem: hisq; quibus illum tua luculenta scripta efferūt,  
non modo laudibus, uerum etiam diuinis penē honori  
bus dignum: cuius uitam, cum militaris disciplinæ in-  
star, tum religionis ac uirtutum omnium specimen fu-  
isse, multis immotuit. Sed quia præclari facti decus, mea  
maria crebra in seipso reuirescit, solentq; plus facta  
quam

## B A Y A R D I

quam uerba mouere, ex scripta opinioni expedit anteferri, prudenter egisti, rem non inopem & tenuam, imo scriptione magnopere dignam pandendo: Graecos secutus & Latinos, qui ad imitandum fortissimos rum uirorum militaria fortia facta, quam multas pris scis imagines, expressasq; scriptiones reliquerunt. Nemini uero hocce munus quam tibi melius, ut opinor, huius etatis historiographorum principi conuenire uidetur. Eoq; magis in hanc sententiam moueor, quod te sapientem, quem sis, adpellant, & omnium mortaliū (qui est uirtutis amor, & bonarum artū studiū) uidemus oculos in te esse coniectos. Quare existimare debemus, que fama uehat, queq; literarum monumen tis à te sunt exarata, Terralij tui facinora uera esse. Plurimum namq; interest, quo autore prodatur historia. atq; historici celebris, praesertim ueritatis obseruantissimi gravitas, non nihil fidei rebus gestis ad ferre censetur. Quamobrem nihil reor historie tue detrahi posse, nisi forte obiter caueas istos muniperū styrax. Quosdam enim haudquam dubito futuros, humano more, qui operi tuo detrahent: quod illud uxor is tuu Margaridis Terralie, matris familiā nobilissimae rogatu edideris, que illi cognata fuit: quippe eiusdem stirpis, quasi liberos tuos secundum te, hoc pacto illuſtrari existimantes: nec non Campisiorum patricij

## V I T A.

patricij generis, claritudinem familie ignorantes. Huius etenim splendore illustratam Italiam scimus. Ticius quoq; frequentibus Campisijs, alijs siquidem senatoribus, alijs uero quibusuis honoribus suffectis, moderari uidimus. Memini etiam, quod clarissimo Mediolanensi senatore Christophoro Campisio utebar multum, qui cum coniunctissime & amantissime diu uixi. Omnes autem Campisos diuino quodam munere haud minus quam te, quamvis literarum scrinium ipse dici possis, humanioribus literis, liberalibusq; discipulis imbutos, Francos semper suapte natura amauisse & coluisse, quinetiam Francorum regi seipso mancipasse, & cognouimus, & certo experimento didicimus. Itaque tua legentes emuli concedant, non ut nobilitati tue quicquam acreceret, te affinis tui quidem acta uite memoratu digna prodidisse: sed consilio hanc scripsi, ut habeas quod Gallicae iuuentuti proponas, quod animum tuum & mentem ipsam in cogitatione hominum excellentis confirment. Cui nihil arduum aut difficile unquam, cuiusque aspectus formidabilis semper hostibus fuit, & magnificentia uiri, & ipso sue audacie genere cōmotis. qui toruos frequenter, trucesq; hostium oculos molliuit, insolentissimos quosque uictorie spiritus flexit. qui propter enormem fortitudinem Achilles cognominari, Q. Catlio, M. Mario Scæna, C. Sem-

pro-

## B A Y A R D I

pronio, M. Scœuē, Horatio deniq; Coeliti comparari  
meruit. Nam quantus ille bellator extiterit, facile dig-  
noscitur: quando pro amplificanda tuendaq; patria  
plurimum laboris ac periculi sustinuit. Audacissimum  
etiamnum quenq; modo gesso, modo pilo, modo lucu-  
lea, mucronisq; istib; singulari certamine impellens,  
Germanis sepe, Hispanis frequentius, Barbaris quoq;  
Britannicæ atq; externe genti, non solum incredibili  
spectaculo, sed etiam inter religionis obseruantiam for-  
midini fuit: districtisq; utrinq; mucronibus, comi-  
nus eminusq; hostem identidem uicit: à quo quis homi-  
ne deforme existimans, uirtute superari. Verum enīm  
vero in hoc tam nisero, tūmque luctuoso tempore,  
Gallica gens similiūm uirorum eget. Quod si plures  
illustris Petri Terralij similes haberet, nihil esset quo  
Franci gloria cedere Hispanis ducerent. Nam & ille  
speciosam mortem præoptans, & foelicem audacie  
exitum, unus ē multis præcurrrens apud Romagnanū,  
tametsi in Gallico exercitu haud quisquam nobilitate  
aut animi indole, aut futuris actis præstantior esset, cu-  
iū magis saluti cōsuli & parci debuisset, testari tamē  
ipse uoluit sua cāde, quām stricte militaris discipline  
præceptorē, optimūq; imperatorē fortitudini, atq; con-  
stantiae, ne armorū quidē hostiliū pauore fugiat, addi-  
ctum fore expedit: dum Francisco Francorū regi illus-  
trissimo

V I T A.

Prissimo integrum seruando exercitum, omni Hispano  
rum in se conuerso impetu, consertissimis gladijs incut  
buit. Eoq; stratagemate Gallicæ nobilitati, nostroq; mi  
liti tute recipiendi salutare laxamentum  
præbuit. Anno dominicæ pietatis

M. D. X X III.

Vale basilice, et uiue felix.

SYMPHO-

# SYMPHORIANI

CAMPAGII DE VITA ET MORIBUS  
Petri Terralij Bayardi Paganegyricus.



Ayardus statura erat excelsa, colore candido, corpore macilento, oculis nigris uegetisq;. Tanta liberalitate & munificentia omnibus gratificabatur, ut pro ipsius gloria milites sui non famem, non labores, non mortem recusarent. Iustus quam maxime fuit Bayardus, ita ut ab eo se spoliatus nemo unquam diceret. Uerum quae sibi debebantur, ad patriæ fructum referebat, ac reipublicę et amicis propria pecunia suppeditabat. Nec usquam beneficia uendidit, aut mercedē gratia fœneratus est. Sobrius ita fuit, ut uix sumeret naturæ sufficientia. Fortitudinis quam maxima quoque prebuit argumenta. Nam cum hostibus quoties colligendum fuerat, primus in acie prodibat.

## BAYARDI VITA.

dibat. Sapientiam uero multa ab eo gesta declarant. Callidus, celer, & animo plenus præterea fuit: inimicis terrorē, fiduciam suis roburē ingerens. A nemine uituperatus, ab omni laudatus mortaliū genere, & dilectus: quin neq; à patria, neq; ab amicis, calumnijs unquam affectus est. Et ut paucis perstrin gā, non labores, non pericula, non sumptus detrectauit, non ægritudini pepercit, patrię dummodo opitularetur. Hū manitatis præterea speciem præ se ferebat. Blandus, hilaris, non elatus: sed modestus, omnes sibi conciliabat. Deū coluit, iusticiam seruauit, modestia usus est, cōtinentię indulxit, uitia spreuit, sibi imperauit: nec tā aduersus hostes, quam contra illicita militauit. In aduersis hilaritatem, in secundis benignitatē præ se ferebat. Improbos inopia laborare, probos diuitijs abundare gaudebat, beneficiorum immemores oderat. Calumniatoribus magis quam furibus inimicus erat: esse deterius asserens, amicis, quam rebus priuari. Regum

D

exe-

BAYARDI VITA.

execrabatur errata, quoniam male uen-  
tendi exemplo alijs essent. Pecunijs nō  
modò iuste, sed etiam liberaliter ute-  
batur. Non solum bene uiuentem, ue-  
rum gloriosius morientem, fortunatū  
dicebat. Et ab ijs laudari lætabatur, qui  
turpia improbabant. Fortitudine non  
temerè utebatur. Amicis benignus, in  
amicis terribilis: & pulchrorum operū,  
non corporum laudator erat. Acerri-  
mus in bello, in uictoria facillimus.  
Amicis credulus, ab inimicis difficilli-  
me decipiebatur. Itaq; solus ipse decla-  
rauit, corporis uim conseruare, ani-  
mi uero robur præstantibus uiris nul-  
lo tempore deesse. Cuius tamen sene-  
cta uiridem non superauit ætatem, non  
à decrepita ætate dissolutus, sed machi-  
nis bellicis percussus, sanctissime ut Chri-  
stianus obiit. Qui annos quadraginta  
octo natus, hoc flebili indignoq; vul-  
nere diem obiit. Cuius quidem corpus  
cum inimicorum imperatori præsenta  
retur, lachrymans oculos auertisse dici-  
tur. Et ab uniuersis inimicis laudatus,  
tandem

## P A N E G Y R I C V S

Tandem corpus eius Gratianopolim de-  
latum, non ducali solum, sed regio ap-  
paratu splendide sepultum est.

Campegij de Bayardo mira exi-  
stimatia.

**S**iuerum est quod nemo dubitat, ut  
populus Romanus omnes gentes  
uirtute superarit, non est inficiandum,  
Petrum Terralium tanto præstittiſſe ce-  
teros imperatores prudentia & bonita-  
te, ac amore in patriam, quanto popu-  
lus Romanus antecedat fortitudine cū  
etas nationes. Nam quotiescumq; cum  
eo congressus est, in Italia Bayardus,  
semper discessit superior. Quod nisi a-  
liquorum inuidia debilitatus esset, Ita-  
los ac Sículos uidetur superare potuiſ-  
ſe: sed multorum obtrectatio deuicit  
unius uirtutem.

Campegij de Bayardo laudes in mo-  
dum Panegyrici.

**P**etrus Terralus Bayardus, huius  
si uirtuti par data esset fortuna, nō  
ille quidem maior, sed multo illustrior,  
atq; etiam honoratior: quod magnos  
D 2 homi-

## PANEGYRICVS

homines uirtute metiuntur, non fortuna. Siquidem in eo incredili quodam splendore relucet Dauidis regis zelus ad Dei cultum, Numæ religio, Solonis iudicium, Demosthenis facundia, Moſi mansuetudo, Marcii Catonis uirtus, Timoleonis Corinthi pietas, Cleomenis liberalitas, C. Gracchi pietas, Sylla uictoria, Pyrrhi diligentia, C. Marij prestantia, Agesilai humanitas, Pompeij beniuolentia, Cæsaris constantia, Hannibalis subtilitas, Scipionis ingenium, Aristidis modestia, Camilli triumphi, Lycurgi cōsiliū, Socratis benignitas, Themistoclis iudicium. Et postquam ad multorum comparationem deuentum est, ex Græcis ac Romanis neminem comperiemus, qui pulchrioribus in suos meritis Bayardo sit præferendus.

Alter Campegii Panegyricus.

**S**I Macedonia Alexandro gaudet, Roma Julio Cæsare, Athenæ Themistocle ac Theseo, Thebæ Epaminunda, Persis Cyro, Lacedæmonijs Agesil.

P A N E G Y R I C V S

gesilao ac Lycurgo, Aegyptus Mercurio Trismegisto ac Ptolemeo Philadelpho; Creta Ioue, Minoë ac Rhadamentho; Lybia Hercule, Gallia Carolo Magno, Britannia Arturo, Carthagio Hānibale, Hispania Ferdinando ac Gōsalo Fernando, Germania Othono tertio: nōnne æqua, aut ualentiore ratione Delphinatus id sibi laudī ascribe re debet, quod suis finibus editus sit ac educatus Petrus Terralius Bayardus, qui omnes uirtutum numeros comple xus, summum earum fastigium ac culmen haud dubie cōscendit: qui deniqz dignus habitus est, et apud cunctarum nationum milites, ut strenuus ac pius auratus eques uocaretur.

Verba Bayardi in morte.

B Ayardus sclopito percussus, mo briens mortem se non ægre ferre inquit, etenim uenisse domo, ut pro re ge moreretur: sed quia manu non usus moreretur, dolere.

D 3 Nico

BAYARDI  
NICOLAVS A QVERCETO PARIS  
sianus, idemq; Prætorius Mediolanen  
sis, Epitaphium dictabat.

**Q**uod reliquum fecit induperator Bayardus, ne queras in ossuario: gloria enim est, que ex eius uulneribus abundantius quam sanguis manauit. Siquidem ex medijs hostibus illibatas legiones gallicas recipiens, magnum hominibus documentum dedit, quanto potior esse debeat probis dignitas sine uita, quam uita sine dignitate.  
**EPI TAPH I V M H E R C U L I S, Q V O D**  
Bayardo Delphinali Herculi  
iure ascribi potest.

**T**ibi nomen comparauit labor, &  
immensus sudor.

**EPI TAPH I V M A N T O N I I**

Camperi.

**Q**uid hic cernis admirans benignae uiatorum num superstitionis lapidum congeriem, num fastuosum sepulchrum, num ingentem pyramidalis molem, num stulte flentes imangunculas, num elatam ad coelos usque statuam

## EPITAPHIA.

statuam : tota erras uia, si tale quid hic  
uenēris. Maior est enim Bayardi fa-  
ma, quam quae huiusmodi insignis ce-  
lebrari debeat. ALIVD.

**H**omerum illum uerē poētam, aut  
Demosthenē oratorem clarissi-  
mum, ab inferis quis deorum euoca-  
bit: ut preclara Bayardi facinora, di-  
gna commendatione celebrare ualeat.  
Ille enim omnes uirtutū numeros sic  
complexus est, ut illis negotiū faceſſere  
uideatur. Sed iā ualeat illi, ſimulq; ina-  
nes & emētiteſ ſuorū laudes. Plus fane  
ualuit Bayardus in uera uirtute, q; illi  
mētiendo de ſuis potuerint affingere.

## IO. LAGRENI EPITAPHIA

um Heroicum.

**G**Allorum proceres ueteres iuuenesq; ualete,  
Hactenus arma tuli, noſtrorū hic meta laborū  
Fortiter ob patriā pectus plus mille periclis Cest.  
Opposui, & multos noſter perterrituſ ensis.  
Prima fuit leges ſuperum ſeruare uerendas  
Cura mihi, & regi ſeruire fideliter uni.  
Corpus humi recubet, conſcendat ſpiritus aſtra,  
Aëra per medium uiuax mea fama uolabit.

## ELEGIA

### EPITAPHIVM ELEGIACVM.

**P**arcite mortales rebus sperare caducis:  
Cernitis, ut subito fortia quæq; cadunt.  
Maxima nuper eram struclis formido cateruis:  
Pallidus en iaceo uermibus esca datus.  
Nulla potest uirtus morosas flectere Parcas:  
Vnum nostra tamen fatâ leuamen habent.  
Non totus morior: pars namq; potissima nostri  
Eusta fugit, coelos spiritus ipse petit.  
Et dum luna uices, dum sol uariare recursus  
Nouerit, & nostri fama superstes erit.  
Et mibi pro claris debitrix quoq; Gallia gestis  
Dicet, Bayardi molliter ossa cubent.

### EPITAPHIVM HENDECAs

syllabum.

**H**uc huc belligeri duces uenite,  
Et uos militiæ decus tyrones,  
Bayardi tumulum rigate fletu.  
Matroneæ lacerent comas, puellæ  
Soluantur lachrymis, sonent ubiq;  
Singultus, patriæ potens columnæ  
Fracta est: ille pius puta, inclitusq;  
Bayardus: similes cui nec Hector,  
Nec fortissimus Atticorum Achilles,  
Creduntur meritis fuisse. quantum hec

Hea

## ELEGIA

Heu mors aspera Gallicæ cohorti.  
Hic multis præmimur malis. & ille  
Terras deseruit, beatus alto  
Regnat indigetes uidens Olympo.

## HYLARII BERTVLPHI EPITA-

phium in mortem Petri Bayardi Ter-  
ralij.

**B**ayard militiæ flos illibatus honestæ,  
Nimirum France totius ah cecidit.  
Attamen hic nunquam marcescat, propterea quod  
Immortale decus flos amaranthus habet.  
Non oculo captus, spolio nec onustus Ibero.  
Alter erat Cocles, Manlius alter erat.

Haud molli languere thoro, sed fortiter armis  
Sudantem in patrijs, sic cecidisse decet.

## HYLARII BERTVLPHI DIME-

trum iambicum, in desiderium Domini de  
Bayardi.

**F**auete Musæ nenijs,  
Lugete nudæ Gratiae,  
Si quid negocij uermibus,  
Et si quid immortalibus  
Cum Marte fuit,  
Cum morte fuit.  
Adeste nymphæ lachrymis

## E P I T A P H I A.

Omnes obortis, & simul  
Lugete, tum potissimum  
Nymphæ uniuersæ Gallie  
Araritides,  
Rhodanitides.

Petroq; iusta flebilis  
Terralio persolute,  
Musæq; Delphinaticæ,  
Nymphæq; cunctæ Francicæ,  
Sequanitides,  
Legeritides.

Fauete Musæ nænijs.

Quanquam comes Martis fuit  
Bayardus hic Mauortius,  
At si quid in bello tamen  
Iusti ac quieti: id uiicum  
Et gratum fuit,  
Eratum fuit.

In ponte solus constitit,  
Et singulari prælio  
Prostravit hostes. nunquam enim  
Roburq; & ingenium duci,  
Nec paruum fuit,  
Nec prauum fuit,  
Aggressus hostem comminus,

Nun-

E P I T A P H I A.

Nunquam alterum retulit pedem,

Suiq; regis nomine,

Maiore nullus hoc fide

In Martem ruit,

In mortem ruit.

Adeste Musæ nænijs.

DISTICHON IN DESIDE-

rium Bayardi.

Relligio, bonitas, animus, donatio, iustum,

Hoc sita sunt tecum, summe Bayarde, loco.

F I N I S.

# ORATIO CLARIS-

SIMI D. NICOLAI PERRENOTI  
à Granuilla, Caroli v. Imperatoris sem  
per Augusti locum tenentis in VVor  
macensi colloquio habita, vii. Ca  
lendas Decembris, anno

M. D. XL.

Vna cum Elegia Christophori Parmonij  
ad eundem.

EPISTOLA  
GILBERTVS COGNATVS NOZE-  
tenus eloquentissimo, eidemq; legum  
consultissimo viro D. Henrico Colinao  
senatori Dolano,  
S. P.

**G**ratissimum fuit, consulissime uir, ex tuis lite-  
ris certò cognoscere, quid rerum in Germania  
ageretur. Primum fabulae actum accepimus, reliquos  
expectamus. ὡρόταξις sat moderata est, at uereor  
ne ἐπιτάξις sit turbulētissima. Precor, ut Dominus  
Iactam Ηλισσοφην imponat, semperq; Cæsari et Gran-  
diuillano consilia suggesta illis honesta, & Reip. salu-  
taria, eaq; suo fauore prosperet, & usq; in melius pro-  
uehat. Orationem autem Grandiuillani, quam pro re-  
paranda ecclesiæ concordia ad Germanie principes  
habuit, & προσεύσι, quod diunt, percurri: & tandem ut  
imprimeretur etiam per amicos quosdam curauit: nam  
dignissima, quæ in manus hominum exiret, transmit-  
tereturq; ad posteros, uisa est: tum plurimum eius & de-  
tionē desiderari, efflagitariq; paſsim ab omnibus, sub-  
odoratus sum. Id porrò ut facerem, tuæ literæ persuas-  
sionem suggestere. quam cupide arripui, ut uiri nun-  
quam satis laudati memoriam ab obliuione aſſereret:  
cui semper unicum & perpetuum studium fuit, salutarē  
bus ac liberis consilijs, non Cæsaris solum, sed reliquo

E P I S T . N V N C V P .

rum principū animos ad honesta uocare. Adde, quod  
unus omniū est rei literariæ candidissime fauens, pror-  
fusq; erga doctos omnes Mœcenatem, uel parentem  
potius agens. Quod decus, utinā aliquando tanti sim-  
ut nostræ Burgundie instaurare possim. id quidē tam  
libenter facturus sum, quam qui maxime desideret. Ca-  
terum hoc adeò nomine mihi uisum est conuenire, ut  
hæc oratio tui potissimum nominis auspicio in lucem  
sub oculos omnium traduceretur, quod nemo te digni-  
tatis illius studiosior sit. Opto præstantiam tuā maxi-  
me uir, unā cū uxore & liberis quam optime  
ualere. Clarissimum D. Mauricianum,  
collegam tuum, saluere meis  
uerbis iubeto.

# CLARISSIMI D<sup>P</sup>

NICOLAI PERRENOTI DE GRAN

diuilla ad Germaniæ principes

Oratio.



Euerendi, illustres, uenerabiles, generosi, circumspecti, magnificiç pūri, egregij, prudentes, doctissimi ornatissimiç cœtus. Si uobis ignotā esse existimaru causam, propter quam hunc in locum conuene ritis, eam mihi pluribus uerbis declarandam esse putarem. At cum tam ex gestis in superiori conuentu Hagnœ celebrato, quām ex sacræ Cæs. Catholice Maiestatis literis, quib. uos cōuocādos duxit, ea uobis satis cognita perspectaç sit, & iam negotium ipsum in manibus habeatis, à superflua & longiori oratione temperandum mihi esse arbitratus sum: præsertim cum totius negotij eo in cōuētu gesti uim atç substantiam cædem literæ satis memoriae sugge

D. NIC. PERRENOTI

suggerant, quibus scribendis hæc cau-  
sa data est, quod omnium qui tum illi  
congregationi interfuerunt iudicio,  
magnopere expedire uideretur, atque  
adeo necesse esse, hūc preclarum cœtū  
congregari, ad conferendum de rebus  
sacrosanctę fidei religionisq; discordia  
laborantibus, ut hæ, quoad fieri posset,  
in catholicam Christianamq; concor-  
diam reuocarentur: & quicquid con-  
fectum esset, id totū ad proxima comi-  
tia Imperialia referretur, quę sua Ma-  
iestas Ratisponæ celebranda, alijs su-  
is literis indixit. Et sanè superiori con-  
tentui admodum lubens interfuisset.  
Nam & hoc animo ab Hispanijs solue-  
rat, ut & hanc in Germaniam iter suū  
dirigeret, rebus ruētibus, ne dicā lap-  
sis opē latura: & in tam sanctū piūq; o-  
pus, reducendę scilicet unionem catho-  
licam Germaniae animum intenderet,  
Catholiciq; principis & boni impera-  
toris & non minus animo quam indu-  
bitata longaç; serie ducta origine ueri  
Germani officio fungeretur. At cum  
urgentí

ORATIO.

urgentibus undiqz negotioru publico  
rum procellis occuparetur, et maxime  
eorum quae ad ipsam Germaniam pa-  
canda conducere uiderentur, ut inter-  
esse sibi minime liceret, sereniss. Rom.  
regi fratri suo, qui in Belgicâ inferio-  
remqz Germaniam ad illum uenerat,  
& eodem etiam animo, eademqz uolu-  
tate commisit, ut prædictæ congrega-  
tioni interesset: quemadmodum & in-  
terfuit, cæteris omnibus suis & maxi-  
mis & compluribus posthabitis nego-  
cijs. Necqz minori desiderio tenebatur  
huius congregationis sua præsentia de-  
corande Sacra sua Cæs. Maiestas, cum  
per Serenissimum regem intellexisset  
propensam omnium uoluntatē. Ad hoc  
cōciliationis pacificationisqz negotiū a-  
mice, comiter, benigneqz tractandu, qd  
tamē per magnas occupationes, quibus  
adhuc detinebatur, suę Maiestati inte-  
grū non fuit. Res enim Belgicæ, à qua  
diu abfuerat, erant illi cōponende. neqz  
camen illis omnibus à sua Maiestate fi-  
nis impositus est, sed pro necessitate tē-  
poris

E

poris

D. NIC. PERRENOTI

poris quædam summa celeritate confe-  
cit; reliquis in aliud tempus dilatis,  
quo proximis comitijs interesse posset  
quod intellixerit, id ardentibus omnibus  
sacri imperij ordinum uotis desidera-  
ri, expeti & efflagitari. Quamobrem  
hanc mihi prouinciam delegauit, ut  
suam Maiestatem excusarem, & suo  
nomine & uice in hoc incumberem,  
ut quicquid ad tam sanctum, pium, præ-  
clarumq[ue] opus auspicandum, dirigen-  
dum, terminandumq[ue] conuenire intel-  
ligerem, id diligenter & accurate pro-  
curarē, & in illud omnes neruos inten-  
derem. Et quamuis pondus & momen-  
tū huius oneris supra uires meas esset,  
tamen iubenti maiestati parendū fuit;  
quæ inclinatior fuit ad hoc mihi prece-  
teris iniungendū, quod propensiorem  
erga me uoluntatē suam Germanie or-  
dines demonstrasse cognosceret: esseq[ue]  
ex primoribus qui suæ Maiestati ali-  
quando significassent, me in huius ne-  
gocij tractatione cōmodum fore. Et sa-  
nè hæc egregia uoluntas me quoq[ue] cō-  
mouit.

## O R A T I O.

mouit, ut hoc onus subirem, maximeq;  
cum meapte natura nihil unquam in  
uotis prius habuerim, quam istam pa-  
cificationem: sumq; pro uirili ea synce-  
re prosequutus, quæ ad hāc dirigendā  
& efficiendam conuenire uidebantur  
& ex ipsius Cæsaris sententia semper  
operā dedi, quo si ulla ratiōe fieri posset  
cum omni mansuetudine & beneuo-  
lentia tractarētur. Utq; aliquādo Ger-  
maniā ipsam uniuersam Christo Opt.  
Max. reconciliatam , genuinumq;  
eius & uerè germanū & mutuum amo-  
rem instauratū uideremus, & sanctam  
deniq; desideratamq; pacem Christi-  
ano orbi redditam, omnibus inimici-  
tis, odijs & dissensionibus, quæ inter  
Christianos aptius appellari non pos-  
sunt quam intestinæ discordiæ, in sem-  
piternū deletis & extinctis. Cæterum  
ego hoc mihi cōstantissime persuadeo,  
neminem in hac percelebri præstan-  
tissimorum uirorum corona adesse, cui  
nō melius atq; mihi notū sit, quo in sta-  
tu posita sit respu, Christiana, quibusq;

E 2 pertur

D. NIC. PERRENOTI

perturbationibus & procellis agitetur  
fluctuetq; misera Germania, & quam  
pia, religiosa, recta, solidaq; reconcilia-  
tione indigeat. Et uos in eam omni stu-  
dio, opera conatuq; ferri, sicuti debetis.  
plane confido: & totius rei gerendæ se-  
riem proinde diligenterq; etiam nullo  
monente consideraturos. Vnde fit, ut  
paucioribus apud uos mihi agendum  
esse putē: hoc mihi ut certissimum per-  
suadens, uos oneri nobis cōmisso abun-  
de satisfacturos, ad quod & pietas &  
erga deum, cui omnia debemus, etiam  
hoc ipsum quod sumus, uos incitare de-  
bet, sacro sancte fidei religionisq; zelus  
accendere, & in rem p. Christianam a-  
lioquin penè desolatam charitas inflā-  
mare: ut omittam, quid postulet mise-  
rabilis patriæ uestre status, que ciuili in-  
testinaq; discordia tanquam crebro a-  
riete pulsata, labat, & quasi compage  
soluta fatiscit. Nec cōmemorare opus  
est, qd erga Cæs. officiū et obseruantia,  
qd erga parentes, propinquos, affines,  
uicinos, amicos, communis amor, postu-  
lent:

O R A T I O.

Ient: quę omnia satis per se instigare et  
impellere debet, ut cōmuni opera hoc  
incendiū extinguitur, & inclyt: Ger-  
maniæ aut̄i robur, & animorū firma  
indissolubilisq; cōiunctio instauretur.  
Cogitate quælo apud uosmetipſos, &  
cū animis ueſtris diligēter expendite,  
quāta mala inde occasiōe sumpta miſe-  
rā Germaniā, atq; adeo uniuersi Chri-  
ſiani orbis magnā partē peruerſerint:  
quantas strages ubiq; locorū & funera  
uideritis & audiueritis, conculcatā reli-  
gionē, extinctam charitatē, & animarū  
quotidie periclitantiū extremā perni-  
ciē. Neq; ſimplex eſt hoc malū: ſed la-  
tiuſ uirus, et deteriori quoq; cōtagione  
corrūpit: nec quiſq; eſt quantūuis felici  
natus ingenio, q; ſatis dīnumerare poſ-  
ſit, quantas cōfusionis tenebras Christi  
anę fidei, discordię offuderint, unde &  
ipsa fidę ſuis debilitata malis, languēs  
que, nihil aliud q; ſuſpiria ducit, respū.  
Christiana inde in extremū prop̄ diſ-  
crimē deducta eſt, ut de barbaris taceā,  
qui non meliorē potuiffent uel occasio-

D. NIC. PERRENOTI

nē uel opportunitatē optare. Et hoc u-  
niuersum reliquę omnes prouincię, ut  
cūq; res se habeat, Germanicæ nationi  
(prò dolor) adscribunt, originemq; et  
occasionē inuectorū in orbem Christi  
anū malorū eō referunt, quæ cū olim fi-  
de, religiōe, pietate, diuino cultu et ob-  
sequio inter omnes prouincias lauda-  
tissima extiterit ac iusticia politicaq;cō  
iūctissima & germana unione celebris  
eō nūc adducta est (ne quid amplius dī-  
cā) quo illā esse cognoscitis. Quibus  
malis nisi obuiā eatur, metuendū est,  
ne quemadmodū Cęcia nubes, ita ma-  
lū malo trahatur, & noua quotidie ex  
alijs incōmoda, peioraq; nō in religio-  
ne modō, sed ceteris in rebus omnibus  
fuscitari cernamus. Necq; mirum est de  
re tam sublimi, & quæ captū humanū  
superet, oriri controuersias in ecclesia  
dei. Sed ad usitatū recurrendū est reme-  
diū et perfugiū, ut tales cōtrouersiæ ex-  
citatę amica cōpositione sopiantur. Vi-  
ri enim sancti, cū dubiorū decidendo-  
rū causa congregati erant, animo syn-  
cero

## O R A T I O.

cero, pio, religioso, & in proprijs opib;  
 nionib; non pertinaci, sed omni affe-  
 ctione seposita rem ipsam tractabant,  
 solū Christū, & hunc crucifixū respiciē-  
 tes. quē animū uos omnes attulisse, om-  
 nibus persuasum est: et quod pro ea cō-  
 suetudine, discordiarū fluctus uestra o-  
 pera cōponētur. ad quod ipse Christus  
 Germanos ordines expansis in cruce  
 brachijs inuitat. hoc Pont. Max. primi  
 uotis expetit, hoc Cæsar, Serenissimus  
 quē Rom. Rex uicē, exoptant, hoc o-  
 mnes qui uerē & pie Christiani sunt,  
 postulant, hoc ipsius Germaniē calami-  
 tas extrema imminens, illiusq; naufra-  
 gium (ex quo eripienda est) efflagitāt.  
 Quamobrem ego uos reuerendi, illu-  
 stres, uenerabiles, generosi, circumspe-  
 cti magnificiç; uiri, egregij, prudentes,  
 doctissimi, ornatissimiç; cœtus, per ui-  
 scera misericordiæ Iesu Christi, eiusq;  
 sacratissimam passionem, obsecro &  
 obtestor, & Cæs. Maiestatis nomine et  
 uice postulo, ut cū ad hāc unionē Chri-  
 stianā & concordiā electi sitis, omnes

D. NIC. PERRENOTI

ingeniorū uestrorū neruos eō intenda-  
tis, ut Christi tunicā incōsutilē tam mā-  
serē laniatā, laceratā, dissīssam & diui-  
sam resarciatis: memores eius nominis  
quod sacro sancto baptismatis fonte re-  
nati Christo dedistis: memores uestræ  
**Germanicę nationis uirtutisq; maiorū**  
Cōsiderate, quæso, diligēter omniū o-  
culos apertos, erectasq; & attentas au-  
res Christiani orbis, ut uideāt ea quæ à  
uobis cōficiētur. Quòd si (q; deus om̄ē  
per suā infinitā misericordiā auertat)  
hæc abominanda discordia, uestra ope-  
ra minime tolletur, magna mala, quæ  
hinc necessariò exorient, uobis dubio  
procul adscribentur omnia. At cōtrà,  
si uos ea gratia donabit Altissimus, ut  
hæc sanctę fidei religionis pacificata ue-  
tra prudētia, studio, dexteritate, curaq;  
perficiatur, & æternū à deo præmiū, &  
ab hominib; laudē immortalem con-  
sequemini; delectabitq; uos perpetuo  
feliciter peractæ rei iucunda conscién-  
tia & recordatio: uniuersumq; Christi  
anū orbem, & cū primis nationē Ger-  
manis

## O R A T I O.

manicā, perenni obligatione uobis de-  
uincietis. Quare ut amini oblata tā cō-  
mōda occasione. Habetis Imperatorē  
præter alias animi dotes preclaras et ra-  
ras, summa benignitate humanitateq;  
& paterno uereq; Germano amore cō-  
spicuū, qui hanc pacificationem, quie-  
tem, & tranquillitatē Germanicæ na-  
tionis, illiusq; honorē & existimationē  
omni studio cura & solicitudine desi-  
derat: quiq; quibuscūq; alijs suis post-  
habitatis negotijs, nec corporis quidem  
sui rationem habens, ex Hispanijs sol-  
uit, ut in hanc Germaniā ueniat. et pro  
pediē affuturus est, ut huic cōpositioni  
et negotio extremā manū imponat. Fa-  
xit Dñs, ut sancti spiritus diuino affla-  
tu adiuti, hoc prestatis, quo & suę Ma-  
iestatis, imò piorū Christianorū bono-  
rūq; omniū iustissima expectatio & de-  
sideriū impleri ualeat, & resp. Christia-  
na ab internis et externis inimicithjs sal-  
ua sit. Reliqua uerō, que ad declarandā  
mentē & sententiā suę Maiest. ptinent  
in progressu ipsius negocij explicabunt.

E 5

CHRIST PANNONII  
AD ILLVSTRISS. D. NICOLAVM  
Perrenotum à Granuilla, &c.

AT GOINV S.

**I** Vris delitium, patriæ splendor Perrenote,  
Non mirum, si te Cæsar ubiq; fouet.

**V**el quia doctus es, & prudens: ut te quoq; missum  
A superis iurat, Theutona terra uirum.

AD EVNDEM, QVIDAM ALIVS.

**N**sua si fratres ruituros Theutonas arma,

**I** Consiliij placas dexteritate tui,

**N**on oratorem uenisse à Cæsare tunc te,  
Sed missum à superis dixero semideum.

AD ANTONIVM PERRENOTVM  
Episcopum Atrebatensem.

**T**V quoq; tu presul factis memorandæ paternis,

Doctrina, ingenio, consilijsq; bonus:

**N**on annis adeò, quam animus grauis, inter & ipsos  
Aequales iuuenes crederis esse senex.

ELEGIA CHRISTOPHORI PREISS  
Pannonij, à secretis illustriss. Princi-  
pis electoris Brandenburgensis,  
ad illustrem uirum Nico-  
laum à Granuilla.

Felix

C A R M E N.

**F**elix ille dies, quo te Granule sub oras  
Vangionum, nobis Belgica misit humas,  
Quo mandata tibi dedit ad nos mitia Cæsar,  
Ut causam sacræ religionis agas.  
Scilicet et causam tu uisus es aptus ad illam,  
Apta patrocinio uisaq; causa tuo.  
Nam mihi si laudum præconia pauca tuarum  
Fas erit hoc coram te memorare loco:  
Tantus es ingenio, facundo tantus et ore,  
Quantus ad hæc nobis tempora nemo fuit.  
Nota tua est uirtus, est et tua nota uoluntas,  
Nec latet in summum mens tua fidæ deum.  
Te sibi curiarum socium delegit habetq;  
Carolus, haud ipso quem regit orbe minor:  
Atq; gerendarum uastissima pondera rerum,  
Sustentanda humeris tradidit ille tuis.  
Cui tu cum placeas, et cœlum uertice tangas,  
Vi tuus hic uolumus sit diuturnus honos.  
Ac tibi præsenti præsentes uera fatemur,  
Gaudet ob aduentum Theutonis ora tuum.  
Grataturq; tue sorti letissima rerum,  
Quod datus à superis pacificator ades.  
Dexter ades uotis igitur, mitissime nostris,  
Quaq; potes, patriæ nunc ope dexter ades.  
Namq; tue partes sunt, has componere lites,

Vtrajq;

## CHRIST. PANNONII

Vtrah; pars quas de religione mouet.  
Hinc stabili certum paciū; imponere morem,  
Ista uirum tantum, quantus es ipse, decent.  
Nec magis ulla bono uirtus est principe digna,  
Nec seruatori gravior ulla deo,  
Quām bene de sancta tum religione mereri,  
Tum facere, ut Christi pace fruantur oves.  
Conuenit illud opus summis heroibus orbis,  
Principibus summis conuenit illud opus.  
Hoc deus admonuit cunctos de munere reges,  
Natali nati nocte dieq; sui.  
Cum uolucer celo plaudens exercitus alto,  
Carmina pastorum concinnit ista gregi:  
Gloria summa deo super alta sit aethera patri,  
Celsaq; tollatur nomen in astra dei.  
Omnibus in terris & pax secura colatur,  
Publica per cunctas ambulet illa plagas.  
Omnibus & populis sit ubiq; benigna uoluntas,  
Gaudia nunc tellus gaudia pontus amet.  
Hec faciant magni magnō cum Cæsare reges,  
Quisquis & illorum remq; uicemq; gerit:  
Sint ut honor nomenq; dei, laudesq; pereunes,  
Et niteant ueri dogmata uera dei.  
Urbibus & placide seruent pia foedera pacis,  
Inq; suburbanis hæc tueantur agris.

C A R M E N.

Pace uiget mitis pietas, artesq; docentur  
Pace, quibus mores conuenienter eunt.  
Pace ligo uomerq; uigent, pace arua coluntur,  
Pace bona Cereris percipiuntur opes.  
At sera tranquillam corrumpunt bella quietem,  
Excutiunt haustum martia corda deum.  
Et fugit augustæ Sapientia Pacis alumna,  
Iuraq; sub stricto militis ense silent.  
Proq; bidente rudit gerit arma cruenta colonus,  
Vastaq; que nemo conserit, arua iacent.  
Ergo pijs prestant nunc auspice Cæsare reges,  
Res queat ut tuta publica pace frui.  
Atq; uoluntatem tueantur amentq; benignam,  
Et statuant populis iura tenenda suis.  
Sontibus horribiles, & sint insontibus æqui,  
Quos illi metuant, hiq; decenter ament.  
Iustaq; legitimis proponant præmia factis,  
Et multent poenit turpia facta suis.  
Sic bona mortales erit inter ubiq; uoluntas,  
Legibus & stabunt omnia firma bonis.  
Scilicet hæc celebris pia munera præcipit hymnus,  
Natali canitur qui, pie Christe, tuo.  
His colitur uerè latus natalis Iesu,  
Omnibus hac notus redditur ille uia.  
Sic imitatus erat pius hunc Theodosius hymnum,

Hunc

## CHRIST. PANNONII

Hunc Constantinus sic imitatus erat:  
De pietate graues qui composuere tumultus,  
Atq; fidem meritis asseruere pijs.  
Quiq; repurgarunt idolis templa nephantib;  
Et cultum ueri restituere Dei.  
Fortibus & sauos armis fregere tyrannos,  
Qui contra superos arma tulere deos.  
Sancta per hos igitur pacata Ecclesia Christi,  
Syncera coluit tunc pietate Deum.  
Que labefacta modò, supremo tempore mundi,  
Tam miseris est & tot lacerata modis.  
Nunc erat ut placida deberet uiuere pace,  
Inq; sinu natos læta souere suos.  
Queq; pias mentes confirmant, dogmata Christi  
Tradere, & infirmam consolidare fidem.  
Saluificiq; dei laudes celebrare perennes,  
Vnanimis linguis, unanimiq; fide.  
Hæc sacra si potuit sperare Ecclesia quondam,  
Hoc ita nunc tempus ponere digna fuit.  
Sed nimium sauis postrema ætate procellis  
Quassandam uates præmonuere pij  
Est igitur misere per tot discrimina rerum,  
Crux subeunda domi, crux subeunda foris.  
Nec tantum saeuo metuendus acynace Turcus,  
Hostis atrox Christi. Christiadumq; gregis:

Sed

## C A R M E N.

Commoda sed domi uires discordia carpit,  
Publica res qua nunc damna nocente facit.

Hæc tu consilio prohibe, Granuele, salubri,  
Vtq; potes tantum pellere, pelle metum.

Angelicumq; tuis monitis mox audiat hymnum  
Carolus, & priscos intueatur auos.

Vtq; illos opibus superat, regnisq; animisq;  
Vincere sic illos & pietate decet.

Curet & unanimi Christum pietate doceri,  
Vnica quod nobis sit datus ille salus.

Tranquillumq; regat patrijs uirtutibus orbem,  
Gentibus & ponat mitia iura suis.

Hæc faciat noster te commonitore Monarchs,  
Hæc faciat monitu Theutona terra tuo.

Hoc te per dulces natos, per chara parentum  
Ossa, per & superos patria chara rogat.

Hoc sacra relligio petit, hoc Ecclesia Christi,  
Totius hoc orbis publica uota petunt.

Quod si sedatis pugnantia dogmata turbis,  
Auxilio fuerint conciliata tuo :

Donec adorabit numen Germania Christi,  
Clara tue laudis fama superstes erit.

Sic tibi perpetuo faueat cum Cæsare Christus,  
Sic iuuet incepsum dexter uterq; tuum.

Basileæ, apud Vuestheimerum.

189415)



100  
100  
100  
100  
100  
100

100  
100  
100  
100  
100  
100



7219-21  
mādārūnā hē tā mārūnā r̄ lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā mārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā

**D**ōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā

...-mādārūnā-dōmālā-hē-mādārūnā

**D**ōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā  
dōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā

**D**ōmārūnā hē lūnā dōmālā hē mādārūnā

